Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et mortes vos afficiant. Et eritis odio omnibus propter
nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic salu-
O illo tpe. Dixit dominus ihesus Secundum machaeum ze. Cum
montem oliuet accesserunt ad eum discipuli secreto
dicentes. Dic nobis. Quando hec erunt. Et quod sig-
num adventus tui: et consummationis se-
culi. Et respondens ihesus dixit eis. Videte ne quis vos
seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes
Ego sum xpistus: et multos seducent. Audietis enim
bellum plia. et opiniones plorum: videte ne turbemini
Oportet enim hec fieri sed nondum est finis. Consurget
enim gens in gentem et regnum in regnum: et erit
pestilencie et fames et terremotus per loca. Hec autem
omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tri-
bulacione et occident vos: et eritis odio omnibus homi-
nibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur
multi et invicem tradent et odio habebunt invicem. Et
multi pseudoprophete surgent et seducent multos. Et
quoniam habundabit iniquitas refrigescet caritas
multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic salu-
O illo tpe. Dixit d. i. d. s. at Secundum Lucam ent
tendite a fermento phariseorum: quod est ypocrisis
nichil autem operum est quod non revelabitur. neque ab
scondito quod non scietur: quamque in tenebris di-
xistis in lumine dicentur: et quod in aure locuti estis
in cubiculis predicabitur in tectis. Dico autem vobis a-
micis meis: ne timeatis ab his qui occidunt cor-
pus. et post hec non habent amplius quid faciant.
Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui
postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam: ita